

puncti spacium. Et hoc promissum mille vicibus signis et per digitis confirmavit. hec scripto suo reliquit qui vidit et testimonium prohibuit. Sicque facta est tanta turbationis remansit. Quid enim fortius vento qui etiam grandes domos subvertit. Et quid profundius mari. Et hoc solo verbo christus fecit cui omnis creatura obedit. et quanto maior turbatio precessit tantomagis gaudium fuit subsequutum et hominum admiratio similiter. unde hic concludit euangelista. porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic quia venti et mare scilicet irrationales et insensibiles creature obediunt. Ideo hic verus homo per somnum christus agnoscitur et per sedationem ventorum et maris deum se ostendit. Sicut igitur apostoli in temptationibus constituti et periculis auxilium a christo postulabant dicentes. Domine salva nos periculum. Sic et quilibet christianus in quacumque angustia sit constitutus debet dicere et facere. Nam ipse pollicetur auxilium. Inuocame in die tribulationis quam te et honorificabis me. et nos honorificando eum dicimus. Quis est hic vere deus est hic. Qualis est hic vera dei virtus et sapientia. Quatus est hic quia omnipotens

celi et terre marisque creator. ihesus benedictus in secula Amen.

Dicitur quinta.

Simile est regnum celorum homini qui seminat bonum semen in agro suo. Math. xiii. fm Grego. Sicut pater sensu vita mediat inter celum et infernum. sic habitudo videntium in presenti vita mixta est cum bonis et malis. In celo nulli mali sunt. In inferno nulli boni sunt. Et cum celum et infernum impletur ex hominibus in terra viuuntibus. Qui autem de purandis sunt ibi vel ibi solum cognoscuntur in tempore messis quando triticum separetur a zizanijs. deus autem in principio creationis omnia bona fecit. gen. i. Et vidit deus cuncta que fecit et erant valde bona. sed in se et in nobis. Mirandum igitur est vnde precesserunt tanta mala. si aliter et nouum esset mundus post seminum nouitate mundi ascribere aut aliter. sed idem est mundus qui ante sex milia annorum fuit per continuam successionem. In hoc igitur euangelio declaratur vnde mala originem traxerunt que abundante heu in hoc seculo et maxime mortem in temporibus cum omni caro corrumpit viam suam. Hanc parabolam christus per se secundum se sum allegoricum de ecclesia militante exponere dignatur ad petitionem discipulorum dicens.